

sessione molestetur vel in ea quomodolibet perturbent eundem. et quod eidem Episcopo restituant quicquid ab eo seu a terraticanis predictarum. terrarum pro terratico earumdem quomodolibet receperunt, ipsis super eodem terratico perpetuum Scilentium imponentes Lectum et puplicatum fuit in nostrum predictorum Iudicis, notarii et testium presentia Arbitratum seu laudum predictum In Cimiterio Ecclesie Sante Marie Magdalene de Barolo. prescripto die nonodecimo dicti Mensis decembris predicte quartedecime Indictionis. In cuius rei testimonium etc. Quod scripsi ego predictus Iohannes de prothomagistro puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui etc. (*Il resto procede come nella pergamena precedente*).

N. 108.

A. D. 1302

(24 febbraio, Indiz. XV).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,26, larg. 0,21 $\frac{1}{2}$. Macchiata a sinistra.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	I coniugi Aminadab, f. qd. Iohannis de Fasano, e Iohanna, f. qd. sire Maraldicci, d'accordo con l'arciprete Iohannes de Roma e col capitolo di S. Maria Episcopii, commutano una loro casa, posta in pictagio Burgi Santi Iacobi, con due pezze di terra vuota, situate in vicinanza di Barletta e Andria, in loco detto Santa Maria de Casali.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

+ Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo secundo Regnante domino nostro Karolo secundo etc. Regnum suorum anno octavodecimo. Mense Februarii vicesimo quarto die eiusdem Quintedecime Indictionis apud Barolum. Nos Aminadab f. qd. Iohannis de Fasano. et Iohanna Mulier f. qd. sire Moraldicci vir et uxor barolitani Cives, Coram Marino de sire Bartholomeo Regali Baroli Iudice Magistro Spina publico eiusdem